



# **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Praxis applicandi sensus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

*Praxis*

quales fuerint, amorisne, an odij.

*Septimò*, proposita facta colligat, ut executioni mandentur, eaque renovet.

*Octavò*, in libello ad hoc parato lumina omnia, dein affectus, & proposita, quam poterit brevissimè, & clarissimè adnotet.

*Praxis applicandi sensus.*

**P**rimò, procuret sive per meditationem modo supra dicto factam, sive per attentam & diligentem lectionem, ut materiam mysterij, cui sensus applicare vult, bene intelligat.

*Secundò*, diligenter exequatur, quidquid de meditatione dictum est, circa præparationem,

præsen-

*Applicandi sensus.*

præsentiam Dei, orationem præparatoriam, & præludia.

Tertio, incipiat applicationem sensuum à visu, & sibi imaginetur se videre personas, actiones & alia, quæ possunt esse objectum hujus sensus: deinde applicet auditum, gustum, odoratum & tactum, singulos sensus proprio objecto suo; & si fortè non fuerint objecta propria & corporalia, proponat objecta quædam metaphorica & spiritualia; si tamen phantasiæ prius objectum unius sensus, quàm alterius representaretur, v.g. prius objectum odoratus, quàm visus, aut gustus, in eodem sistat (ordo enim supra positus tam necessa-

*Praxis applicandi sensus*

rius non est, ut immutari non possit) & conetur quàm optimè potest illud penetrare. postquam verò objectum unius potentia, sive sensus bene penetraverit, mox brevem aliquè discursum circa idem faciet, & moralem aliquam doctrinam inde eliciet opera intellectus ad proprios mores reformandos, deinde mediâ voluntate amplectatur aut fugiat, quod intellectus proposuit, affectus excitet, & dilaret modis supradictis.

*Quarò,* concludat applicationem colloquio aliquo ut supra dictum, & oratione aliqua vocali absoluat.

*Quinsò,* successum applicationis examinet, ut de Meditatione dictum, & fructus similiter adnotet.

F I N I S.